

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Reconciliatio d  
cum uariis

Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare; si uerbis, uerbis; si factis, factis. Nisi enim quem factis lesisti, factis placaueris, sine causa oras ad Deum, sine causa elemosinas facis de rebus quibus alios exspoliasti. Quid enim prodest si unus ad Deum pro te orat, et alius aduersum te Deum interpellat, iuxta illud Ecclesiastici XXXIII.: Dona iniquorum non probat altissimus?

Crisostomus super illud Matthei V.: Vade.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

nisi] non P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; lesisti] sine *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; placaueris] placueris C; exspoliasti] spoliasti P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; et *om.* (*cor. in marg.*) M; interpellat] interpellatur P V<sup>1</sup>, interpellet V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; iuxta] iusta P V<sup>1</sup>; iniquorum] impiorum M; uade] prius reconciliare *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>